IRIMBERTUS ADMONTENSIS
Admont, um 1175
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

t posthec mortuus est IOSVE filius nun ser-
uus dñi. centum decē annorum. sepeliē-
runtq; eum in fimbus possessionis suę in
thamnathsare. quę sita est in monte ef-
fraym. a septentrionali parte montis Gaas.
OSVE In die illo fedus pcuit. cum xpo cum
illo die suę ppiciationis sacramentū cor-
poris & sanguinis sui instituit. Quem di-
em uetus testamentū nouo denuntiat.
quia abyssus abyssum inuocat. cū & hic
cum scriptura explicat. & IOHANNES
euglista replicat. Ante diem festū paschę
sciens Iesus. quia uenit eius hora ut trans-
eat ex hoc mundo ad patrē. cum dilexis-
set suos qui erant in mundo. in finem di-
lexit eos. Et cena facta surgit a CENA. &
ponit uestimenta sua. & cum accepisset lintē-
um pēcinxit se. Misit aquā in pelum. & ce-
pit lauare pedes discipulorū suorū. IOSVE
pplo pēcepta atq; iudicia in sichem ppōnit.
cum xpo in illo suę passionis apparatu. quē
in cena instituit. quem sichem exprimit. ce-
tui aplico. & omni credentium pplo. pēcepta
timoris. atq; iudicia AGNORIS. in illo suo
supercelesti sermone disponit. Omnia uerba
hec in uolumine legis dñi scribit. cum seip-
sum qui est liber uitę cunctorū fidelium me-
ditationi in passione CRVCIS expandit.
Lapide pgrandem tollit. cum nouī testamē-
tum instituit. quo uelut pgrandi lapi-
de ostium monumenti. aditus cordis com-
munitur. quo frons phylistei conteritur.
cum suggestio diaboli repellitur. Subter
quercum eum ponit. cum nouum testa-
mentum ueteri apponit. quod quercus
exprimit. Quercus enim arbor est magni
roboris. quę pabulum ministrare solet por-
cis. Quem uietum pdigus ille FILIVS
requirebat. qui a patre discedens. p mo-
piam famis deficiebat. Unde caput absa-
lon. qui pplī iudaici TYRVM exhibet.
quercui adherit. quia tota eius intentio
delectationi terrenorum inherit. Quer-
cus in sanctuario dñi esse describitur. qa
scriptura ueteris testamenti in sanctuario
celi sistitur. Quercus in sanctuario dñi esse
dicitur. quia scriptura ueteris testamenti
in sancta ECCLESIA reponitur. qa
sanctuarium dñi esse dinoscitur. Sim-
de dicit iosue ad omnem pplm. dicit
filius DEI ad omnem cetū fidelium.
In lapis iste erit uobis in testimonium!
quia doctrina noui testamenti in die
IVDICII erit uobis in testimonium.
cogitationum accusantū. aut etiam
defendentium. Qd audieritis omnia
uerba dñi. quę sunt scripta ueteris ac
noui testamenti. Que locutus est uo-
bis. qui pfessionem fidei in baptismo sus-
cepistis. Ne FORTE posita negare uelitis.
cum in die iudicii nullam excusationē
ptendere possitis. Et mentiri dño deo uro.
qui reuelabit ABSCONDITA tenebrarū.
& manifestabit consilia cordiū. Iosue po-
pulū dimittit. quia xpo sua passione
cunctis ELECTIS ueę remissionis grām
p spiritum sēm tribuit. De qua dimissio-
ne symeon dicit. Nunc dimittis seruū
tuū dne. secundū uerbū tuū in PACE.
Singulos in possessionē suam. quia anno
iubilei redit unusquisq; in possessionē
suam. Xpi enim passio iubilei est pfigu-
ratio. in qua uera peccatę ofert remissio. Sin-
guli in possessionem suā dimittuntur.